

CAPUT XVIII.

A iudice deferente appellationi minime deferenda, seu etiam ab eo revocante delationem, procedenteque ad suæ sententiæ executionem, seu ad ulteriora: appellationi interjectæ non deferens, vim an faciat, & quid à declarante appellationem à diffinitiva desertam.

SUMMARIUM.

- 1 Per delationem appellationis iudex abdicat à se omnimodam jurisdictionem, & in superiorem transfert. Sive appellatio sit interposita ab interlocutoria, sive à diffinitiva, ibid.
2 Sive delatio fiat in casu appellabili, sive etiam ubi erat prohibita appellatio quia iudex non poterat ad executionem ulterius procedere impediendo delationem.
3 Delatio appellationis cum clausula (si & in quantum) pendet à juris dispositione, quia non intelligitur delatum, ubi ius prohibitionem prohibet.
4 Delatio appellationis, & inhibitiō pariter conceduntur in tollenda jurisdictione, etiam iis casibus quibus iudex à quo poterat appellatione non obstante exequi.
5 Inhibitiō suspendit jurisdictionem iudicis à quo, etiam ubi alias poterat exequi, quia sententia erat privilegiata, ut in exemplis, ibid.
6 Iudex potest pendente appellatione ab interlocutoria mere procedere ante inhibitionem.
7 Iudex appellatione pendente ab interlocutoria habente damnum irreparabile, vel præjudicium, causa principali supersedere tenetur.
8 Inhibitiō emanata vigore appellationis à mere interlocutoria intimata iudici à quo, impedit processum ad ulteriora, & debet supersedere.
9 Appellationi à delatione appellationis interposita à sententia & iudicio privilegiato, an sit deferendum.
10 Delationem appellationis non deferenda iudex an possit revocare.
11 Iudex non potest semel à se abdicatam jurisdictionem per delationem reassumere.
12 Iudex non potest semel à se abdicatam jurisdictionem per delationem reassumere, etiam de consensu partium contrarium, n. 57.
13 Etiam si iudex detulerit, sive expressè sive tacite.
14 Deferre appellationi tacite censetur iudex, quando concedit apostolos reverentiales, seu remissoriales.
15 Delatio tacita inducitur, quando iudex, dederit ipsa acta pro apostolis.
16 Delationis vim habet denegatio apostolorum, vel quando iudex requisitus non tradat illos intra tempus.
17 Delatio appellationis an probetur per verba Notarii dicentis quia iudex benignè recepit appellationem, remissive.
18 Delatio an indicatur ex assignatione termini ad prosequendam appellationem.
19 Iudex à quo etiam post delationem potest profigere terminum appellanti ad prosequendum sive incontinenti, sive ex intervallo.
20 Deferre appellationi & terminum profigere ad prosequendum non est idem.
21 Delatione appellationis minime deferenda procedente, etiam sine revocatione posse iudicem exequi sententiam privilegiatam, qui teneant.
22 Non quod sit, sed quid fieri debet, est attendendum.
23 Delationem revocare, jurisdictionem reassumere, atque ulterius procedere potest iudex, si sententia sit privilegiata, seu alias inappellabilis, contradicente scilicet, & appellante appellato, in cuius favorem est denegata appellatio.

- 24 Rota Romana determinatio in hoc articulo defertur.
25 Causa mercatoris non recipit appellati nem suspensivam.
26 Pars cuius interest appellationi non deferenda ne deferatur si non contradicat, aut appellet à delatione, ipsam iudex proprio motu non potest revocare.
27 Non contradicente appellato cui delatio officit appellationis frivola, potest iudex à quo super iustitia causa valide procedere.
28 Delatio appellationis non deferendo operatur suos effectus non contradicente appellato, cui delatio nocet.
29 Probatio que non debuit admitti admissa tamen valet.
30 Delationem injustam potest iudex revocare, & sententiam privilegatam exequi, secus contradicente appellato, cui delatio officiebat.
31 Delatio appellationis deferenda nullum causat gravamen.
32 A delatione appellationis minime deferenda appellatio licita est.
33 Contradictio nulla major appellatione, quia ad hunc opponitur.
34 In appellatione ab injusta delatione appellationis debet inferri causa gravaminis, scilicet, appellationem esse illo casu prohibita.
35 Appellationis denegatio in causa est magnum privilegium, utilitas, & favor & iudicium executionem merens longe nobilior est aliis.
36 A iudice privante beneficio iuris communis appellatio legitima iudicatur.
37 Appellatio eo ipso censetur justificata, cujus gravamen apparet per solas allegationes, iuris ut à sequestro, quod à iure regulariter est prohibitum.
38 A rejectione appellationis à iure prohibita interposita appellatio non admittitur. Secus si sit in casu permissio interposita, quia tunc à delatione non admittitur appellatio, ibid.
39 Oppositum in opposito idem operatur, quod propositum in proposito.
40 Iudex an potest revocare interlocutoriam, quia eius finitur iudicium, nec illam ulterius potest reassumere.
41 Quod procedit in iudice delegato declarante se iudicem incompetentem.
42 Iudex ordinarius potest revocare interlocutoriam, per quam eius finitur iudicium, & de ratione.
43 Inhibitiō iudex potest ea facere, que tendunt in faciliorem exitum appellationis.
44 Delegatus non potest post delationem ulterius causa se intrinsece ante remissionem.
45 Executor datus accessorie puta ad gratiam, potest interlocutoriam, qua se non iudicè declaravit, revocare.
46 Principalis cum datur gratia per iudicium accessoriam pronuntiationem non tollit ius partis.
47 Matrimonii questio si incidat, & remittat laicus iudici Ecclesiastico, poterit hanc remissionem iterum revocare.
48 Delegatus non potest revocare interlocutorium, qua se incompetentem declaravit, quod intellige suo motu proprio.
49 Appellatione mediante ab interlocutoria qua iudicium est finita potest illam delegatus revocare, & reassumere.
50 Inhibitionem suam si iudex revocat, & à revocatione appellatur, poterit revocationem iterum revocare.
51 Per delationem non expirat radicitus delegati iudicium sed eius exercitium tantum tenent potentia & habitu.
52 Violentiam adesse decernit Senatus, si iudex non deferat appellationi ab injusta delatione appellationis prohibita, & minime deferenda. Sed hoc casu potius cadit tertium genus decretorum, scilicet, que reassumendo la jurisdictionem & reponeudo lo hecho no haze fuerza, &c. ib.

- Constante contradictione partis appellata potest iudex delationem revocare, & reassumere, ibid.
54 & 56 delationem injustam non potest iudex revocare, non interveniente contradictione aut appellatione partis appellata, cui nocet delatio, nec tunc potest reassumere jurisdictionem.
55 A revocatione injusta delationis non procedente contradictione partis appellata, poterit idem appellans iterum appellare.
57 Iudex qui detulit appellationi ab interlocutoria, poterit de consensu partium delationem revocare.
58 Et etiam de solo consensu partis appellantis à dilatione.
59 Bossius, dum dicit iudicem deferentem appellationi prohibita & non deferenda posse delationem revocare, & exequi sententiam, loquitur contra communem opinionem, si non procedat contradictio dilationis.
60 Menochius non firmat pedes in sua assertione contra communem.
61 Delationem appellationis factam per Vicarium de causa cognoscendam, non potest Episcopus revocare, & de ratione.
62 Duobus iudicibus precedentibus alio non deferente, alio deferente, potest iste, aequum ille deferat, iterum suam delationem revocare.
63 Uno iudice delegato deferente, altero non, an ille possit panitere.
64 Et an uno iudice delegato persistente in sua voluntate delationis possit non deferens in causa procedere, remissive. Et quid quando unus sine altero iuxta formam rescripti procedere, potest, ibid.
65 Delatio non legitime facta non abdicat à deferente jurisdictionem, unus iudex potest panitere ante delationem alterius.
66 Iudices ordinarii pares aut disparer uno deferente an ter possit procedere.
67 Cognitio an sit appellationi deferendum necne, vel an appellatio sit nulla, vel an sit interposita, intra terminum, vel an sit deserta, ad quem iudicem spectet, remissive.
68 A sententia super desertione appellationis interjecta appellationi an sit deferendum.
69 Appellans si nunquam iudicem ad quem adit iudex à quo potest de desertione cognoscere.
70 Appellatione introducta coram iudice ad quem, de quo per appellantem docetur, non iudex à quo, sed ad quem de desertione pronuntiabit.
71 Actorum transportatio nisi ad versarius intra legitimum tempus citatur, non excusat à desertione.
72 Sufficit tamen ut de tali desertione superior cognoscat.
73 Deserta ut declaratur appellatio, debet procedere cause cognitio.
74 Sententia per desertionem transit in rem iudicatam.
75 Appellans debet citari super articulo desertionis, cum possit de legitimo impedimento docere, atque executio impediatur.
76 Citationem non esse necessarium in declaratione desertionis qui teneant.
77 Sententia executio ob desertionem quomodo sit petenda, & de eius praxi.
78 Terminis transactis, appellanti assignatis ad docendum de diligentis circa appellationem factis (& qua sint remissive) expediuntur executoriales.
79 Executoriales expediuntur etiam non facta declaratione expressa super desertione.
80 Desertio causata ex non interposita appellatione, non eget declaratione expressa.
81 Iudex delegatus tenetur expressè declarare super desertione ante executionem.
82 Iudex potest causative declarare super desertione, cum declarat expediendo executoriales.
83 Aloysius Riccius reprobat, qui declarationem super desertione esse necessarium affirmat. Salgado de protect. Reg.

- 84 Pronuntiationem sive tacitam, sive expressam, super desertione procedit citatio partis, & ejus exceptionum examinatio.
85 Appellationi à desertionis sententia deferenda esse, qui teneant.
86 A desertionis sententia appellationi non esse deferendum, qui teneant.
87 L. quoniam non nulli, C. de appel. ponderatur & interpretatur.
88 Dicitio (max. illico, statim, ) & similes excludit appellationem, quia requirit celeritatem.
89 L. si contra, & C. de appell. l. fin. §. illud C. de tempor appellat interpretatur.
90 Per verba hac (sententia firma remaneat, & executioni mittatur) sublata appellationem suspensivam intelligi.
91 Verba hac (sententia fortitatur effectum suum) tollunt appellationem suspensivam.
92 Sententia, per desertionem transit in rem iudicatam, qua executionem desiderat.
93 A re iudicata non appellari iura clamant.
94 Sententia quando per desertionem transit in rem iudicatam, fingit lex ab initio non fuisse appellatum.
95 Contradictio, si per dispositionem removeretur, intelligitur etiam appellatio remota.
96 Desertor appellationis non auditur amplius appellans.
97 Terminum alicui præfixum ad aliquid faciendum labi permittens, illi censetur renuntiare.
98 Audientia ubi alicui denegatur, censetur, etiam denegata appellatio.
99 Amador Rodrig. fundamentum subvertitur.
100 Trid. permittit appellationem ab interlocutoria habente vim definitivam.
101 Sententia super desertione habet vim diffinitivam.
102 Sententia super desertione continet damnum irreparabile.
103 De pluribus difficultatibus materiam desertionis concernentibus, ubi remissive.
104 Iudici à quo, an iudici ad quem pertineat rem iudicatam exequi, & executoriales expedire, remissive.

FORTIS est ut mors dilectio, cujus siquidem potentia illius est efficacissimi effectus, ut si appellationi per aliquem interjecta à sententia, sive interlocutoria sive definitiva detur erit iudex, abdicat à se omnimodam jurisdictionem in illa causa, eamque statim in superiorem de appellatione cogniturum transfundit, non solum in iis causis, articulis & negotiis, in quibus à iure appellat; admittitur, deferreque jubetur, verum generaliter in cunctis aliis omnibus iudiciis privilegiatis in quibus appellatio vel prohibita est, vel alias non admittitur quoad suspensionem quorumque appellationi nec jus deferat, nec sit à iudice deferendum (quæ nos à principio hujus tract. usque in finem tractavimus) quoniam et si iudicem de iure deferre non teneatur; tamen de facto, si voluerit deferre appellationi sive ignorantia, sive voluntate propria, absque jurisdictione penitus remanet, eaque caret omnino, cum ad superiorem devolvitur, suntque ei ligatæ manus in tantum ut amplius sententiam suam exequi nequit, quantumvis eadem appellatione non obstante prius executioni mandare poterat, est text. elegans & expressus in cap. cum appellacionibus frivolis, de appellat. lib. 6. ubi hanc conclusionem ita notant, & commendant Joan. Andr. Domin. & Ancharan. & per illum text ita eum tenent Bart. in l. constitutiones, num. 3. in fin. versic. quare quod si iis, ff. de appellat. & ibi etiam Angel. num. 3. Imol. num. 1. vers. & addo secundum Ang. Immol. col. fin. in fin. vers. & ideo iudex. Salicet. in l. addictos num. 4. in fin. Cod. de appell. Philip. Franc. in cap. Rom. §. si autem n. 5. vers. quando tamen iudex à quo de appell. in 6. Roman. in l. S f 3 Pantoni.

Pantonus §. rei per duellion is n. 1. in fin. de acquir. hered. vers. & postea pro constant. 1. August. ad Angel. de malefio. an verbo. presente dicto Caio, &c. post n. 21. ad medium vers. & de materia, ubi dicit hoc dictum fuisse originale Bald. in l. 2. C. de confess. Carrer. in pract. crim. in princ. tr. de appel. §. ultimus est n. 2. Foller. in pract. crim. 1. p. 2. p. verbo, & si confitebuntur num. 66. vers. item procedunt el. 2. Lancelot. & Robert. de attent. 2. p. cap. 1. limit. 1. n. 66. & num. 80. Aufer. in addit. ad Capel. Tholos. doc. 179. ad medium vers. & de materia. Roland. à Valle consil. 77. viso à num. 1. cum seqq. lib. 2. Anton. Gom. var. resolut. lib. 3. cap. 13. n. 32. Ozasc. Pedem. decis. 131. n. 10. Parilius consil. 106. incipit Bonifac. à num. 5. & n. 24. lib. 4. Prosper Farin. in pract. crimin. q. 10. n. 106. tom. 3. Sigismond. Scac. de judic. caus. civil. & crim. &c. lib. 1. cap. 97. num. 124. & loquendo in delatione appellacionis interposita à sententia lata super possessorio adipiscen. ex l. fin. C. de edicto D. Adr. & in remedio recuperandæ idem affirmat Bal. in l. post sententiam num. 4. vers. pone ergo, C. de sent. & interlocutio omni. jud. quem sequitur Alexand. num. 2. in fin. lib. 3. Ill. in l. 3. col. 2. C. de bonorum poss. secundum tabul. & idem Ill. in consil. 187. colum. 2. vers. quinto facit, & Colum. ante penult. vers. sexto fallit. lib. 2. Socin. consil. 18. num. 8. lib. 1. Natt. consil. 566. num. 5. lib. 3. Menoch. de adipiscen. poss. reus. 4. num. 868. & idem de recuper. poss. rem. 9. à n. 331. Roland. à Valle d. consil. 77. num. 1. lib. 2. Anton. Gom. in l. 45. Tauri num. fin. in limit. 5.

3 Hæc tamen notabilis conclusio procedit, quando iudex simpliciter appellacioni detulit, secus autem quando cum clausula (si, & in quantum de jure admitti potest) qua quidem clausula frequenter uti iudices assolent, quæ operatur, uti si de jure admittenda sit, & differendum, delatum censeatur, secus autem si de ferri de jure non debeat, quia non intelligitur ei delatum, sed omnino à jure delatio pendet. Bar. in l. edita colum. 17. C. de edendo. Angel. consil. 207. col. 3. vers. non obstat. Roma. consil. 501. col. 2. Perus. in cap. sepè colum. 2. de appellat. Felin. in c. cum contingat. col. 3. de off. deleg. Soc. consil. 18. col. penult. lib. 1. Alciat. consil. 409. n. 3. Moder. in adnotat. ad Eguid. num. 168. Alciat. consil. 48. in hac utentatorum causa n. 4. lib. 6. Plot. in l. si quando n. 159. Cod. unde vi Socin. consil. 47. num. 6. lib. 4. Lancelot. de attent. 2. 2. cap. 12. limit. 1. num. 83. Ruin. consil. 61. in lite num. 27. lib. 5. Marant. in Specul. in q. 2. 3. p. 6. part. prin. num. 200. Roland à Valle ubi proximè num. 18. Menoch. ubi supra de adipisc. poss. rem. 4. num. 868. & de recuper. d. rem. 9. num. 331. Natt. consil. 566. n. 5. lib. 3. Octav. decis. Pedemont. §. n. 9. vers. nec obstat clausula. Grat. consil. 26. num. 211. Petr. Calephati. inter consilia matrimon. lib. 1. consil. 76. in causa num. 17. Lancelot. Conrad. de pratore §. 2. de offic. prator. in caus. civi in causa de appellat. num. 10.

4 In delatione aurem simpliciter facta, cum iudex jurisdictione careat, nil mirum, ut noqueat sententiam à se latam, alias privilegiatam, seu inappellabilem executioni demandare quemadmodum accidit inhibitione emanata vigore appellacionum ab iis casibus emissarum, nam quoad effectum suspendi jurisdictionem iudici æquiparari videtur, appellacionis delatio, & inhibicio, ut post Bart. in l. ejus qui num. 5. de appel. recip. tradit Petr. Anton. August. in consil. 47. gerens sub. n. 2. lib. 3. Lancelot. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 1. num. 78. quia delatio absque inhibitione aliqua sibi manus dicitur ligasse iudicem, Roland. à Valle d. consil. 77. sub num. 2. quoad hujusmodi siquidem suspensionis effectum idem operatur delatio, quod inhibicio, & è contrà, nam quemadmodum per delationem iudex non potest exequi sententiam, etiam in causis privilegiataris, pariter licet iudex minime detulerit appellacioni à jure prohibita minus legitimæ, aut frivola, & similibus, & licet possit iis casibus ad ulteriora

procedere, & sententiam exequi absque attentatorum periculo, ex his quæ nos supra hæc 3. part. cap. 14. ante fin. tamen si hujusmodi appellacionis virtute superior expediat inhibitionem in iudicem à quo, non poterit ulterius in causa procedere, nec exequi, quia caret jurisdictione, facit text. in cap. Romana §. fin. autem de appell. lib. 6. notatur in cap. non solum eodem tit. Innocent. Imol. & Franc. in cap. pastoralis §. praterea num. 5. de appellat. vers. quarto operatur, & vers. 5. operatur Lanfran. in cap. quoniam contra vers. interlocutoria fol. 31. Mynsing. cent. 1. decis. 3. incipit quando commissa. Card. in clem. 1. de jus parv. q. 16. ad med. sequutus Laurent. ibi Philip. Franc. in c. ut debuit honor. n. 47. vers. quid autem de appell. Stephan. Aufrer. in addit. ad Capel. Tholos. dec. 50 ad med. Guid. Papæ consil. 69. in princ. n. 12. quem sequitur Additio. ad eum in decis. 113. verb. dic. quod non Acorambo. decis. 53. incipit Rota. Franc. in cap. bona n. 49. vers. septima conel. de appellat. qui omnes loquuntur vel de appellacione frivola, aut à possessorio, aut in notoriis, aut ubi est onerata conscientia, aut in actibus extrajudicialibus, & aliis iudicis privilegiatis, in quibus executionem impedit inhibicio, causæ tamen cognitione procedente expedita, ut probant infiniti à nobis supra citati hæc 3. p. cap. 14. ad fin. à n. 68. & alibi passim.

Et facit insuper, quia licet aliàs per appellacionem à simplici & non qualificata interlocutoria non sint ligata manus iudicis, qui possit ante inhibitionem suam exequi sententiam, & in causa procedere, & non solum de appell. in 6. Cuido Papæ decis. 436. n. 9. vers. secundo quero Philip. Franc. post alios in c. super eo n. 6. & seqq. de appell. Nevizan. consil. 6. num. 15. Boëtius consil. 206. n. 8. & seqq. lib. 3. Conrad. in pract. de offic. prator. in caus. civi. in cap. appell. num. 21. vers. 20. Lancelot. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 1. n. 1. & seqq. Farin. in pract. crim. tom. 2. q. 38. n. 11. nisi sit interlocutoria habente vim definitivæ, vel damnum irreparabile, in gravamine alias qualificato, quia appellatio tanquam legitima suspendit jurisdictionem ut nullo modo procedatur, & iudex tenetur statim in causa suspedere ex iis, quæ nos exactè supra 2. p. c. 1. à prin. tamen inhibitione emanata, presentata, & intimata iudici à quo, etiam in mere interlocutoria procedere non potest, sed in causa tenetur superfedere, notat post Franc. Lancelot. d. limit. 1. num. 104. & num. 60. Bajâr. in additio. ad Clarum in pract. crim. §. fin. quæst. 64. n. 85. Bal. in rubr. comm. vel epist. & in l. generaliter §. sed juramento col. 2. vers. sed quid si est talis, C. de rebus cred. Angel. de malef. in verb. quod fama publica num. 130. vers. advertas tamen. Ill. in l. 1. n. 73. ff. de offic. ejus. Carrer. in pract. crim. 2. tract. de indic. & tortu. §. circa quintum n. 21. Brun. de indic. & tortu. 2. p. q. 5. n. 14. Catelianus Cotta in suis memorabilibus super verb. appellacione interposita à nihil sit novandum Guid. Papæ decis. 74. latè præsequitur Farin. ubi proximè n. 12.

Quibus præmissis facilius patebit resolutio nostra ad illam celebrem, & difficilem (licet frequentem) quæstionem, an appellacioni per appellatum interposita à iudice deferente appellacioni per adversarium emissæ in casu, seu iudicio privilegiato, puta super alimentis, possessorio, congrua, vel aliàs inappellabili, non deferens vim faciat, & an possit reassumendo jurisdictionem ad sententiæ executionem devenire. In quo articulo quod non possit appellari, nec iudex exequi facit proximè relata doctrina, quod per delationem iudex aded omnem jurisdictionem à se abdicat, ut teneatur superfedere in causa, & executione suæ sententiæ, cui aliàs non deferens, posset exequi licet ex auctoritatibus tot dictis.

Quod quidem adhuc, & maxime procedit, etiam si iudex delationem appellacionis, revocavit, quoniam illam nullo modo revocare poterit, postquam semel detule-

detulerit, ut post Geminianum in cap. cum appellacionibus frivolis §. si vero iudex col. 2. de appellat. in 6. tradit Petr. Anton. August. in consil. 47. n. 3. lib. 3. Lancelot. Robert. de attent. 3. part. cap. 12. limit. 1. num. 80. in fin. ubi dicunt, quod si iudex appellacioni etiam frivola detulerit, non poterit delationem revocare, tenent etiam Joan. Andr. in d. cum appell. & idem Joan. Andr. in cap. constitutus 2. in verbo confirmavit, de appell. Imol. in cap. cum cessante col. 4. in fin. Philip. Franc. ibi col. 3. in fin. vers. quinto limita, de appellat.

11 Nec hujusmodi jurisdictionem abdicatam à se, potest iudex iterum reassumere, cum sit in superiorem translatam. Archidia. & Joan. Andr. in c. 17. col. 4. de appell. lib. 6. Joan. Faber. & alii in l. 1. C. sententiam rescind. non posse. Henric. Bohic. in c. in literis col. 1. de offic. delegat. &c. ex literis de matrim. contra inter eccles. Henric. Bo-ver. in singulari incipiente sententia. q. 17. Rom. cons. 501. ut declarationem in fin. primi dubii, Sylvester in summa, verbo sententia q. 3. Rebuff. in l. quod iussit, num. 81. de re jud. nec etiam eam potest reassumere etiam de consensu partium, nisi causa sibi per iudicem superiorem iterum remissa sit. Rot. decis. 70. alias 8. quæ incipit, item si iudex de appell. in novis, & facit cap. significans de off. delegati, & decis. 49. alias 363. ex hoc, de appell. in novis, vide infra num. 57. quod etiam procedit, quando iudex detulerit sive expressè, sive tacitè, Bal. & Decius in d. cap. cum cessante, & alii citandi.

12 Et tunc iudex censetur, tacitè appellacioni detulisse, quando dedisset Apostolos reverentiales, sive dimissoriales, secundum Archidiaconum in consil. 1. §. in quibus, de appellat. lib. 6. Domi. in cap. ut super illo sit. Cardin. in clem. 1. §. verum q. 4. de appell. Bohic. in d. cap. 1. in literis, col. 1. Rebuff. in l. quod iussit n. 82. ante fin. de rejud. item etiam quando iudex ipsa acta processus dederit pro apostolis. Rot. decis. 8. alias 70. de appellat. in novis.

13 Lancelot. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 1. n. 76. ubi n. 77. dicit idem esse nihil respondendo de apostolis, ut in casu quem vocat pulchrum, traditum à Lapo allegatio. 124. factum, vers. sed contrarium, item denegatio appellatorum, vel quando iudex requisitus non tradiderit intra tempus, habet vim delationis appellacionis, text. est in cap. ut super. & cap. ab eo, de appellacionibus, lib. 6. tenet Joan. Au. dr. latè in ca. cum cessante, de appell. idem ipse & Petr. de Ancar. & Domin. in d. c. ut super, quos ibi refert Philip. Franc. n. 5. & idem in cap. cum appellat. §. si vero sub n. 5. de appell. lib. 6. item quando quis à iudice vel ab aliquo appellare fuit prohibitus substituit, per eum habetur appellatio pro admitta, Petr. de Sur. in l. 1. C. de relatio. & per eum Bertachi.

14 in reperor, verbo appellatio admittitur, in prin. vers. 7. & an delati probetur per verba notarii dicentis, quia iudex benignè recepit appellacionem, &c. vide eundem ibi in fin. vers. penult. Specul. in tit. de appellat. frivola. §. si vero n. 10. & supra, de appell.

15 Nec per assignationem termini appellanti ad prosequendum appellacionem, videtur iudex perferte appellacioni, quia sunt diversa, siquidem iudex etiam post delationem appellacionis, licet non possit ad ulteriores actus procedere, potest tamen tunc terminum præfigere, sive incontinenti, sive ex intervallo, Rota decis. 50. alias 356. si appella. de appella. in novis. Mill. in repero. verb. iudex qui detulit fol. 176. Lancel. ubi proximè n. 86. & seqq. & dicit Card. in clem. 1. q. 2. de dol. & contuma. Bertach. in reperi. verbo, appellatio admittitur, vers. 19. absque additione ubi dicunt, quod appellacioni deferre, & assignare terminum ad prosequendum appellacionem non sunt idem, facit etiam Franc. in cap. cum appellat. §. si vero, n. 8. de appellat. in 6. ubi responderetur ad illam difficultatem, quod cum iudex desert appellacioni, caret jurisdictione ad præsequendum terminum.

16 Ex quibus quidem sequitur, quod ad hoc ut iudex possit jurisdictionem reassumere, nec ad executio-

nem procedere, nec jurisdictionem reassumere, ergo frustra appellari poterit.

Pro contrario autem, saltim quando iudex appellacioni non deferendæ, & à jure prohibita detulit, quod poterit etiam alia non procedente revocatione delationis procedere ad ulteriora in causa, & exequi sententiam, alias privilegiatam & appellacionem non permittentem, tenet Eguid. Boff. in pract. crim. tit. de appel. num. 26. loquens in criminalibus, in quibus jure prohibita reperitur appellatio, nam si ei detulerit iudex, poterit nihilominus executionem sententiæ facere, cum delatio non possit contra jus operari idem opinatur Menoch. de adipisc. poss. rem. 4. num. 808. in fin. loquendo in possessorio ex c. fin. C. de edicto D. Adr. quod si iudex detulerit appellacioni, debet hæc delatio ad jus referri, ut intelligatur que ad delationem, non quoad suspensionem, & sic poterit sententiam exequi, ut ipse dicit, expressum iudex (qui legis est minister) non potest expressè hanc executionem in pedire, minus potest eam impedire tacitè, deferendo appellacioni. Facit insuper Rota decisio 58. alias 412. incipit si appelletur num. 3. de appellat. in novis, dum dicit quod si appellatio frivola per iudicem fuerit de facto admitta, illud non sit curandum, quia non quid sit, sed quid fieri debet, est attendendum, cujus decisionis verba refert Vital. in tract. de clausul. in clausul. nihil novari appel. pend. n. 25.

Quid autem in tanto conflictu sit dicendum; adne-

ctam libenter, mediam viam eligens, ut scilicet tunc poterit iudex, qui appellacioni à jure prohibita, & non deferendæ detulit, delationem revocare, reassumere etiam jurisdictionem, ad ulteriores procedere, & sententiam à se latam exequi; quando pars appellata (illa scilicet quæ ex prohibitione appellacionis interesse habet) conquestus contradixerit, & delationem impugnaverit appellando ab ea, aut alià; ista est elegans doctrina Afflicti. super constitutionibus Regni, tit. de defensione imposti. n. 8. fol. 63. & in ultibus feudorum, tit. que sine regalia, in verb. & bona committentium crimen, n. 125. & fol. 125. & optimè prosequetur Cæsar Contar. in reperi. l. unic. C. si de momen. poss. fuer. appell. lim. 13. n. 4. idem affirmat Hieron. Gabr. consil. 35. vol. 1. Bart. decis. 41. n. 12. Hondedeus consil. 22. n. 48. lib. 2. & per afflicti. & Cæsar. Contar. Petr. de proximè, ita eleganter decidit, eosque sequuta est Rota in una Murceratensi, mercedis Lunæ, 6. Februarii 1584. quæ est decisio 774. p. 1. di-vers. in seqq. verbis: Domini stante resolutione in hac causa facta, quod causa mercedis, de qua agitur non sit appellabilis, tenebant, appellacionem ex eo quod iudex à quo illam admittit, & apostolos reverentiales dedit, non fuisse validam, concluderunt etiam, decretum relaxationis mandati non fuisse nullum eo quod idem iudex deferendo appellacioni, & dando reverentiales, abdicavit à se omnem jurisdictionem, eamque transfudit in iudicem ad quem, quia hujusmodi admittit, delatio, & datio reverentialium non possent operari validitatem appellacionis, & nullitatem decreti relaxationis mandati, stante opposicione partis, resultantem ex memoriali perrecto Sanctissimo D. N. ubi supplicat, ordinari iudici à quo, ut faciat sibi solvi mercedem, & expensas. Tunc etiam appellatio admitta per iudicem à quo, est valida, & tunc ejus delatio appellacionis operatur abdicacionem jurisdictionis; quando pars non opponit, & secus ea opponente, ut per Afflicti. &c. Quæ decisio elegantissima est, casu per illam supposito, scilicet quando fuit delatum appellacioni, quam non admittit causa de qua ibi, quoniam causam mercedis appellacionem non recipere quoad suspensionem, diximus latè supra hæc 3. p. c. 2. ad fin. ubi ad idem adduximus Rotam decis. 764. eadem p. 1. divers.

Ex quibus quidem sequitur, quod ad hoc ut iudex possit jurisdictionem reassumere, queat, & executio-

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57